

# MOS DECANI



ET FACULTAS MEDICO-CHIRURGICA IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA  
UNIVERSITATE VINDOBONENSI

Omnibus et singulis notum facimus.

Dominum

*Carolum Lutawski Medicinae Doctorum*

postquam studia tam theoretica quam practica ex arte obstetricia debito ordine exantlaverat, examini rigoroso, quo jus ad eam exercendam adquireret, die XXV Maii Anno 1872 subjectum fuisse, atque cunctis Dominis examineribus adamussim, satis fecisse. Quapropter Eundem **artis obstetriciae Magistrum** agnoscimus declaramus atque constituimus, eique facultatem concedimus, artem obstetriciam ubivis locorum exercendi, quem in finem etiam diploma hocce majori facultatis Nostrae sigillo munitum, et a Decanis et Notario subscriptum illi tradidimus ea tamen cum conditione, ut sese semper et ubique non solum conformiter gerat juramento et legibus facultatis mediceae, sed etiam ad normam decreti aulici dto. 21. Octobris 1813 nomen puerperae et an haec matrimonio legitimo viro indicate sit juneta nec ne, quantum sibi notum fuerit, summa cum sinceritate ac veracitate sacerdoti baptizanti, utpote auctoritate publica ad construendas matriculas neonatorum constituto declaret. Mendacium et fraudus hae in re etiam prima vice commissa, praeter animadversionem, quam codex publicus constituit, privatione juris, artem obstetriciam exercendi, vigore diplomatis hujus concessi, ex praedicto decreto aulico punientur.

Vindobonae anno mense et die supra dictis.

*K. R. Helm*

h. t. Decanus Collegii Doctorum  
facultatis mediceae.

*F. J. Langer*

h. t. Decanus C. R. Collegii Professorum  
facultatis mediceae.

*Vindobonae Notarii*  
facultatis mediceae  
h. t. Notarius.



85108

EXCELCULTAS MEDICO-CHEMICO-CHIRURGICAS

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

Douglas

RECORDED  
BY

RECORDED  
BY

